BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

FAVONIUS

EDIDIT

A. HOLDER

PA
6104
.F2



Die hellenische Kultur. Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland, Richard Wagner. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und gegen 400 Abb. im Text und auf 2 Doppeltafeln. [X u. 491 S.] gr. 8. 1905. Geheftet ℳ 10.—, geschmackvoll gebunden ℳ 12.—

Dem Bedürfnis nach einer zusammenfassenden Darstellung der griechischen und römischen Kultur in weiterem Umfange, als sie bisher vorliegt, soll dies Werk Rechnung tragen. Die Verfasser, die sämtlich im praktischen Schuldienst stehen, bieten die gesicherten Ergebnisse der neueren Forschung in einer für jeden Gebildeten faßlichen und lesbaren Form dar, unter besonderer Berücksichtigung der Bedürfnisse unserer höheren Schulen.

Die Wechselbeziehungen zwischen Altertum und Gegenwart werden überall kräftig hervorgehoben, der innere Zusammenhang der Erscheinungen und die großen Gesichtspunkte, die ihr Werden beherrschten, in den Vordergrund gerückt und das Eingehen auf minder wesentliche Einzelheiten tunlichst vermieden.

Der erste Band „Die hellenische Kultur", der zunächst allein erscheint, aber völlig in sich abgeschlossen ist, gliedert sich nach einer Einleitung über Land und Leute, Sprache und Religion in drei große Perioden: das Altertum, das Mittelalter und die Blütezeit. Die vielseitige Entwicklung der beiden letzten Perioden kommt in je drei gesonderten Abschnitten zur Darstellung: A. Staat, Leben, Kultus, B. Bildende Kunst, C. Geistige Entwicklung und Schrifttum. Dem geschriebenen Wort tritt ergänzend und weiterführend ein reichhaltiger Bilderschmuck zur Seite, der um so weniger fehlen durfte, je lebendiger und unmittelbarer gerade das Kulturleben des Altertums uns durch seine Denkmäler veranschaulicht wird.

Charakterköpfe aus der antiken Literatur. Von Professor Dr. H. Schwartz in Göttingen. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. [VI u. 120 S.] gr. 8. 1903. Geheftet ℳ 2.—, gebunden . . . . . ℳ 2.60.

„. . . Die Charakterbilder von Schwartz möchte ich lebhaft empfehlen, weil sie einen Begriff geben von Umfang, Aufgaben und Zielen der Literaturgeschichte, wie sie sich aus der Vertiefung der Forschung ergeben. . . . Die frisch und lebhaft gehaltenen Vorträge sind der reife Ertrag vielseitiger Forschung. In einer Fülle von Problemen und Streitfragen nimmt der Verfasser stillschweigend Stellung. Man spürt, daß er überall aus dem Vollen schöpft."

(Monatsschrift für höhere Schulen. III. Jahrgang. 8.)

Das griechische Drama. Aischylos, Sophokles, Euripides. Bearbeitet von Professor Dr. Johannes Geffcken. Mit einem Plan des Theaters des Dionysos zu Athen. [IV u. 113 S.] gr. 8. 1904. Geheftet ℳ 1.60, elegant gebunden . . . . . ℳ 2.20.

Das Buch bietet ein lebendiges Bild des dramatischen Lebens in Athen. Verfasser behandelt die einzelnen hervorragenden Werke nach geschichtlicher Folge und Beziehung zueinander. Die Kunstmittel der alten Tragödie in ihrer Entwickelung und Fortwirkung werden in das rechte Licht gesetzt und die Persönlichkeiten der Dichter klar herausgearbeitet. Historische Kritik und ästhetische Behandlung sind zu einem harmonischen Ganzen vereint. Das Buch wird bei allen Freunden der Antike, Laien und Fachleuten, lebhaftes Interesse finden.

Mit diesen Wünschen sei das Buch allen, die der Bewegung in der heutigen Altertumswissenschaft Verständnis und Teilnahme entgegenbringen, aufs wärmste empfohlen.

Charakteristik der lateinischen Sprache. Von Professor Dr. F. Oskar Weise. Dritte Auflage. [VI u. 190 S.] 8. 1905. Geheftet ℳ 2.80, gebunden . . . . . ℳ 3.40.

Die Kenntnis einer Sprache bleibt oberflächlich, solange der Lernende sich nicht auch die Gründe für die verschiedenartige Gestaltung ihres Baues klar gemacht hat. Das bereits in dritter, mehrfach vermehrter Auflage vorliegende Schriftchen will der Schablone des rein gedächtnismäßigen Einübens im Sprachunterricht möglichst zu entraten helfen und darauf hinwirken, dafür eine mehr vertiefende, mehr zum Nachdenken zwingende und anregende Lehrmethode zu wählen.

Vergils epische Technik. Von Richard Heinze. [VIII u. 487 S.] gr. 8. 1903. Geheftet ℳ 12.—, gebunden . . ℳ 14.—

„. . . Aber auch die wissenschaftlichen Kontroversen neuerer Zeit, die sich um Vergil und was mit ihm zusammenhängt, bewegten, haben deutlich gezeigt, daß keine Aufgabe dringender war als die in diesem Buch gelöste. Wenn das Urteil über eine der literarischen Weltgrößen wieder einmal schwankend geworden ist, so beweisen zwar diese Größen immer, daß sie erstaunlich fest auf ihren Füßen stehen, aber damit das Urteil nicht umfalle, müssen die Bedingungen, aus denen das Werk selbst hervorgegangen ist, die persönlichen, nationalen, die im Zusammenhang der geistigen Bewegung liegenden neu untersucht werden; dann werden die reicheren Mittel der Zeit das Verständnis des Werkes gegenüber der Bewunderung früherer Zeiten fester begründen. Nicht immer erzeugt die wissenschaftliche Bewegung das Buch, auf das sie hindrängt; in diesem Falle ist es geschehen. . . . Das Buch ist, soweit ich die Literatur kenne, das Beste, was bisher über Vergil geschrieben worden ist. Es hat aber auch allgemeine Bedeutung als durchgeführtes Beispiel der Analyse und wissenschaftlichen Würdigung eines der großen literarischen Kunstwerke."

(F. Leo i. d. „Deutschen Literaturzeitung".)

Geschichte des hellenistischen Zeitalters von Julius Kaerst. I. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. Geheftet ℳ 12.—, gebunden . . . . . ℳ 14.—

„Kaerst geht nirgends einer Schwierigkeit aus dem Wege, umsichtig hat er vor seiner Entscheidung stets die Möglichkeiten erwogen. Daß sein Werk ganz ausgereift ist, zeigt mit am deutlichsten sein Maßhalten. Es ist ein gefährliches Gebiet, die Geschichte Alexanders, wo jeder leicht zeigen kann, was er nicht kann; mit dem Mute der Jugend ist Kaerst an diese Aufgabe gegangen, um in der Kraft der Mannesjahre sie zu lösen. Das Urteil über sein Werk, das völlig hat ausreifen können, darf einen hohen Maßstab anlegen, aber diese Geschichte Alexanders enttäuscht auch die Leser nicht, die viel erwarten: in Forschung und Darstellung, nach Form und Inhalt ist sie die bedeutendste, die durchdachteste seit J. G. Droysen."

(Literarisches Zentralblatt. 1903. Nr. 8.)

Führer durch die öffentlichen Sammlungen klassischer Altertümer in Rom. Von W. Helbig. 2. Auflage. 2 Bände. 8. 1899. Band I. [X u. 505 S.] Band II. [IV u. 485 S.] In Leinwand gebunden . . . . . ℳ 15.—

„Die zweite Auflage von Helbigs wohlbekanntem Führer bedarf kaum einer lobenden Einführung. Es ist ein unentbehrliches Buch nicht bloß für den Romfahrer, sondern für jeden Freund der antiken Kunst. Mit unermüdlichem Fleiße hat der Verfasser überall gebessert und nachgetragen, er hat auch den Umfang der besprochenen Denkmäler ganz wesentlich erweitert."

(Literar. Zentralblatt.)

Das alte Rom. Entwickelung seines Grundrisses und Geschichte seiner Bauten auf 12 Karten und 14 Tafeln dargestellt und mit einem Plane der heutigen Stadt sowie einer stadtgeschichtlichen Einleitung herausgegeben von Arthur Schneider. 12 Seiten Text, 12 Karten, 14 Tafeln mit 287 Abbildungen und 1 Plan auf Karton. Quer-Folio 45×56 cm. Geschmackvoll gebunden ℳ 16.—

Das Werk sucht ein Gesamtbild des alten Rom zu geben, in dem die Darstellung durch das Wort mit der in Bild und Plan zusammenwirkt, auf streng wissenschaftlicher Grundlage, aber zugleich in allgemein verständlicher Form. Es erscheint deshalb besonders geeignet, jedem Gebildeten die Bedeutung des alten Rom für unsere Zeit nahe zu bringen, indem es ihm ein besseres Verständnis der antiken Architektur und Kultur zu ermöglichen sucht, und bietet so besonders für jeden Romfahrer die beste Vorbereitung und die schönste Erinnerung.

PA6104
.F2

FAVONII EVLOGII

DISPVTATIO DE SOMNIO SCIPIONIS.

EDIDIT

ALFRED HOLDER.

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MCMI.

161377

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

WILHELMO BRAMBACH

VIRO · HVMANISSVMO

BYBLIOTHECARIORVM · DECORI

DIEM · NATALEM

EX · ANIMI · SENTENTIA

GRATVLATVR

EDITOR

CONSPECTVS
EORVM QVAE HOC LIBELLO CONTINENTVR.

	Pag.
Praefatio	VII—X
Fauonii Eulogii disputatio de Somnio Scipionis . .	1—22
Index nominum propriorum	23
Index uocum Latinarum	24—45
Index uocum Graecarum	46—47
Clauis diplomatica	48

PRAEFATIO.

FAVONII EVLOGII de Ciceronis Somnio Scipionis 'disputationem è Gemblacẽsi antiquissima Benedictinorū sodalium bibliotheca' primus eruit ANDREAS SCHOTT Societatis Iesu (cf. Tullianarum Quaestionum De instauranda Ciceronis Imitatione libri IIII. Antuerpiae, Ex officina Plantiniana CIↃ · IↃC · X p. 280) erutamque ad calcem libelli cui inscriptum est: CICERO | A CALVMNIIS | VINDICATVS. | QVI EST | TVLLIANARVM | QVAESTIONVM | AND. SCHOTTI ANTVERP. S. I. | LIBER V. | FAVONI EVLOGI CARTHAGIN. | In CIC. Somnium Scipionis | DISPVTATIO | *Nunc primum in lucem edita.* | ANTVERPIAE, | Apud heredes Martini Nutij. | CIↃ · IↃC · XIII · | *Superiorum permiſſu.* (p. 67 'nuperque a nobis è Belgica Bibliotheca erutus Fauonius Eulogius Carthaginiensis Rhetor' et ipsius editionis p. 5: 'quem nunc primū eruimus, in lucémq; reuocamus è vetusto codice Gēblacensis antiquissimæ bibliothecae, Benedictinorū in Belgio sodaliū:') paginis 9—29 ex typographeio Henrici ÆrtsI CIↃ · IↃC · XII · prodire iussit.

Anni huius saeculi LXXXXI mense septembri, uti per ferias facere soleo, librorum manu scriptorum indagandorum et describendorum causa Bruxellis in bybliotheca regia degens incidi in codicem miscellaneum numeris 10078—10095 insignitum saeculo XI exeunte scriptum, cuius quaternione quarto (n. 10080) Fauonii disputatio continetur, quod quidem neque auctores libri 'Catalogue des Manuscrits de la Bibliothèque royale des Ducs de Bour-

gogne. Tome I. Bruxelles et Leipzig 1842' p. 202 neque P. Thomam 'Catalogue des manuscrits des classiques latins de la Bibliothèque de Bruxelles. 1896' p. 62 fugit.

Constat autem codex membraneus foliis 116 (286×209 millimetr.); fol. 1[r] legitur '+ ms. 102', fol. 116[v] (a manu posteriore) 'Liber eccle ſancti petri gēblacen
Seruāti bn̄dictio'.

Eadem pagina bibliothecae nationalis Parisiacae sigillo ornata est.

Fauonius totus etsi una manu, quae se ipsa non nullis locis ex eodem exemplo correxit, exaratus est, tamen quattuor locis (f. 25[v] mens = p. 3, 20, f. 26[r] Idēq$_3$ = p. 5, 10, f. 29[r] Qua = p. 15, 25, f. 31[r] digesserim = p. 21, 31) uestigia quaedam deprehendimus, unde calamum mutatum aut nouum atramentum adhibitum esse colligere debemus. Margini f. 27[v] = p. 9, 26 littera r = require, f. 30[v] = p. 20, 22 crux adpicta est.

Fauonii libellum cum puluisculo exhaurienti non ita paucos errores et lacunas editionis principis corrigere mihi contigit.

Ipse post Macrobium suum de Somnio Scipionis commentarium composuisse uidetur; eundem almae Karthaginis oratorem fuisse codex noster testatur; denique Io. Alb. Fabricius (Bibl. Lat. lib. I c. VIII a. 1708) rectissime iudicauit a sancto Augustino praeceptore eum esse commemoratum in libri de cura pro mortuis gerenda ad sanctum Paulinum Nolanum anno fere CCCCXXI scripti capite 11 § 13: 'Eodem' inquit 'ipso ferme tempore, quo id audiuimus, item nobis apud Mediolanum constitutis (a. CCCLXXXIIII — CCCLXXXVII), Karthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse postea quam in Africam remeauimus (a. CCCLXXXVIII) rettulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum; quo non intellecto uix potuit dormire sollicitus; qua nocte somnianti ego illi quod non intel-

legebat exposui; immo non ego, sed imago mea nesciente me et tam longe trans mare aliquid aliud siue agente siue somniante et nihil de illius curis omnino curante.'

De Superio nihil constat, nisi eum u(irum) c(larissimum) et c̄(on)s(ularem) prouinciae Byzacenae fuisse, quae alibi Valeria Byzacena uocitatur. Superii nomen gentilicium in titulo Africano CIL VIII 9639 reperitur: D. M. SVPERIS FLAVIANVS SETV EST.

Schotti editionem principem Ioannes Georgius Graeuius in libro suo: 'M. Tullii Ciceronis de Officiis libri tres Cato maior, Laelius, Paradoxa, Somnium Scipionis . . . Amstelodami, MDCLXXXVIII' p. 433—447 ad uerbum repetiit.

Non paucis locis corrigendis operam Fauonio nauauit Casparus Barth qui in aduersariorum commentariorum Francofurti a. M·DC·XXIV. editorum compluribus capitibus (lib. II c. 19. V c. 7. 10. VI c. 5. 6. VII c. 16. VIII c. 19. IX c. 9. XI c. 7. XXII c. 16. XXXV c. 10. XLIII c. 12. LIV c. 25. LVII c. 7 = columnis 91. 221—224. 230. 265. 268. 342—344. 402. 431. 523. 1104. 1649. 1952. 2567. 2692) singulos locos temptauit.

Ne hominibus Tullianae philosophiae studiosis commentarius quarti quintiue saeculi haud spernendus deesset, Io. Casp. Orelli et Io. Georgius Baiter Turicenses socia cura in parte prima M. Tullii Ciceronis Scholiastarum (Turici MDCCCXXXIII) p. 397—413 Fauonium recudendum curauerunt, nec uero e codice qui ante annum XXXXII non innotuerat neque ex ipsa Schotti editione, qua, quia rarissima est, carebant, sed ex Graeuiana. Contextui emendationes adsperserunt partim bonas.

Omnium autem optime de hac editione paranda meritus est Pavlvs von Winterfeld amicus, qui disciplinarum quas Fauonius tractauit peritissimus non solum plurimas suas emendationes ingeniosas, quas quaeuis pagina testatur, per litteras mecum communicauit, uerum etiam in corrigendis plagulis benigne me adiuuit, pro quo beneficio maxima ei gratia debetur.

In constituendo contextu id egi, ut codicis lectionem ubique exprimerem. Quae autem addere codici placuit, signo ⟨ ⟩, quae dempsimus, cancellis [ ], quae correximus, *cursiuis* quae uocantur litteris excudenda curauimus. In apparatu critico codicis lectiones nudae ponuntur; ante colon : emendationes uirorum doctorum enumerantur horum: *B* = Baiteri, *Bth* = Barthi, *O* = Orellii, *S* = Schotti, *W* = Pauli mei von Winterfeld.

Scr. Carolsruhae kalendis decembribus a. ↀCↀ.

Alfred Holder.

FAVONII · EVLOGII · ORATORIS · ALMAE KARTAGINIS DISPVTATIO DE SOMNIO SCIPIONIS SCRIPTA SVPERIO · V̄ · C̄ C̄S̄ PROVINCIAE BYZACENAE. f. 25r

Imitatione Platonis (*de rep.* 10, 13 *p.* 614*B*) Cicero de re p(ublica) scribe*n*s locum etiam de [r]E*r*is Pamphili reditu in uitam, qui, ut ait, rogo impositus re*u*ixisset multaque de inferis secreta narrasset, non fabulosa, ut ille, assimulatione conmentus est, sed sollertis somnii rationabili quadam imaginatione conposuit, uidelicet scite significans haec, quae de animae inmortalitate dicerentur caeloque, somniantium philosophorum esse conmenta, nec fabulas incredibiles, quas Epicurei derident, sed prudentium coniecturas. Insinuat Scipionem illum, qui Kartagine subiugata cognomen familiae suae peperit A[f]fricanum, huic Scipioni Pauli filio futuras a propinquis insidias et fatalis m[o]etae denuntiare curriculum, quod necessitate numerorum in uitae perfectae tempora coartetur; ponitque illum aetatis suae quinquagesimo ac sexto anno, duobus in se coeuntibus numeris ⟨plenis⟩ absolutam caelo animam, unde acceperat, redditurum: quod et inmortalis esset animi mentisque substantia et bene meritis de re p(ublica) pa⟨t⟩ri⟨a⟩eque custodibus lactei circuli lucida ac candens habitatio deberetur. Has igitur ra*t*iones, quibus supra po-

ADNOTATIO. 1—2 alm̃ kartag̃ ‖ 2 SOMNIO *S* : sumnio ‖ 3 scripṭ ‖ 4 bizacenę ‖ 6 scribens *S* : scriberis ‖ Eris Pamphylii *O* : regis pãphili ‖ 7 renixisset, *cf. Val. Max.* 1, 8 *ext.* 1 ‖ 9 assimilatione *S* ‖ 11 haec] nec *Bth* ‖ 20 ⟨plenis⟩ *W* ‖ 22 patriae *S* : parie ‖ 24 raciones

siti uiri uita perficitur, ar⟨i⟩thmeticis approbationibus explanantes, prudentiae tuae, Supéri, uir[i] clarissime atque sublimis, non ut nouas ignotasque narramus, sed in recordationem qua possumus commemoratione reducimus. Quae si doctis auribus tuis placere peruidero, ad alia quoque audacius, qu⟨a⟩e iubere dignaris, operam stilumque conuertam.

Ac primum illud existimo pr⟨a⟩elibandum, quod Italicae sapientiae conditor Pytagoras numeris censet constare naturam, mundumque omnem ratis et competentibus interuallis ad musicam caeli consona modulatione decurrere, aliumque alii rei numerum conuenire, ut concordiae publicae nuptialem, ut edendis partibus cybicum, aliosque c⟨a⟩elestibus, alios terrenis. Quid sit hoc, totum pro captu meo curabo distinguere.

Numerus igitur res aeterna, intellegibilis, incorrupta cuncta, qu⟨a⟩e sunt, ui sua complectitur; totumque sub numerum uenit, quicquid aut sensibus aut animi cogitatione comprehenditur. Nam et corpora figuram ex numeris trahunt, et figurae lineis pari ratione formantur: ips⟨a⟩eque artes pr⟨a⟩ecepta sua non sine numeri a⟨m⟩mixtione pronuntiant: et cum rethorica status causarum quatuor, philosophia totidem asserit esse uirtutes, et cum
25v dicimus trigona lineis tribus, quatuor quadrata ‖ describi, utique uides hoc ad numeros oportere conuerti. Sed numerus est quantitas congregabilis, a duobus initium sumens et in denariam metam crescendi accessione perueniens. Nam monadem non numerum, sed semen et substantiam numerorum esse, manifestum et ex illa supra posita definitione perficitur. Nec enim unum ac singulare quoddam congregabilis quantitas intellegitur: nec par aut

1 arithmeticis *S* : ⁂ | arthmeticis ‖ 2 prudencię ‖ uir clarissime *S* : uiri clarissimi ‖ 6 audacius *S* : audatias ‖ dignaberis *Bth* ‖ 9 sapiencię ‖ 13 edendis *S* : edentis ‖ 18 cogitationē ‖ 26—27 iniciū sumens ‖ 28 monadem *S* : monada ‖ 30 definit'one

impar haberi potest, qu⟨a⟩e sunt genera numerorum. Ergo initium monas, numerus dyas et trias ceterique ita reliqui uocabuntur: breuiterque dicemus, quid monas, qu*i*d dyas, quid sequentes numeri ualeant in natura.

Monas singularitas insecabilis, indiuisa, sola, non ex partibus constans: cum sit aliud unum, aliud unum solum. Vnum enim dicimus mundum, sed non unum solum, quia confit ex partibus; unum populum ex pluribus ciuibus; exercitum ex multis militibus unum; nullumque corpus unum solumque corpus. Vnum solum recte dicetur, quod in partes sui diuisione ⟨non⟩ discedat, *ut*, si unum animum non minutis et coeuntibus por*t*ionibus in sui habitum esse compositum, sed naturali simplicitate subsistentem, non unum, sed solum quoque nominamus; quamuis circa corpora diuisibilem Plato testatur: genere tamen unum eundemque cognoscit. Quicquid enim numerosa progressione non perit, singulare natura est. Vnus ⟨solus⟩ igitur deus, etsi sint eius inn*u*mer⟨a⟩e diuisaeque uirtutes sexu per fabulas nominibusque discretae. A*t* non sic mundus unus: cuius aut duae sunt partes, mens et materia; aut uero ·IIII·, elementa, momentis potentiaque distantes. Illud igitur numerus; hoc, quod numerabile est, recte dicetur. Ille complectitur uniuersa, ut in eo diuina etiam numerentur; hoc autem accidit numero ac subiacet numerabile. Estque numerus, ut Xenocrates censuit, animus ac deus. Non enim aliud est, quam quod ei subest: sed illud ipsum, quod est unum ac singulare tantummodo, quod ante omnia in omnibus et post omnia. Quantam enim uelis colligas quantitatem, ducetur ab uno, texetur ab uno desinetque in unum; ac pereuntibus aliis, quae id recipere possunt, immutabile perseuerat.

Dyas uero, ut theologi asserunt, secundus est motus. Primus enim motus in monade stabilis et consistens, in

1 potest (ſt *ex* t) ‖ 3 quid *S*: quod ‖ 11 ⟨non⟩ *W* ‖ ut *W*: At ‖ 12 porcionibus ‖ 17 ⟨solus⟩ *W* ‖ 18 innumerae *S*: inneme|re ‖ 19 At *W*: Ac

d*y*adem uelut foras egreditur: primumque conubium poetae fabulose dixerunt sororis et coniugis, quod uidelicet unius generis numero coeunte copuletur: et Iunonem uocant, uni scilicet Ioui accessio⟨ne⟩ alterius inhaerentem. Ab hoc numero mundus apparuit mente ac materia, quae Gra⟨e⟩*c*e dicitur ὕλη, constructus; ab hoc iustitia, naturalis uirtus, librata partium aequalitate diluxit. Namque diuisus hic nunc numerus, quia prior diuidi potest, aequali sectione discedit: nec tamen adhuc totus est, quia initium finemque demonstrat, medio nullo censetur; diciturque femineus, quia iunctus alteri pari parem creat ex sese. Quod in eo, qui sequitur, non potest inueniri; bis enim 26r bini fit quartus; bis terni non facit imparem, ‖ sicut ille superior, quod ex paribus par, ex imparibus impar esse non poterit.

Sed trias primus est totus, quod habet et [di]m*e*dium. Estqu*e*, ut dicitur, masculin[in]us, quod adiunctus alteri impari creare non ualeat id, quod ipse sit. Mundus ab hoc numero nomen accepit; namque ex duobus factus in ter*t*ium quod genus *co*aluit: non enim aut mens tantum aut sola materia, sed utrumque est ter*t*ium quid illorum commixtione compositum. Triaque tempora pro sui natura sortitus est, pr⟨a⟩eteritum, pr⟨a⟩esens, futurum, tríade uidelicet operante; fatalisque necessitas in eo numero est, Clotho, Lachesis, Atropos; tria rerum genera, masculinum, femininum, neutrum; tria uocum discrimina, acutum, graue, inflexum; tria genera litterarum, uocales, semiuocales, mutae; tribus lineis figura prima componitur, quae trigonon nominatur; tria corporum interualla monstrantur, longitudo, latitudo, altitudo, quibus omne solidum continetur.

Quatuor, secunda generis alterius plenitudo, duo media pro sui qualitate complectitur: primusque quadratus est nu-

1 diadẽ ‖ 4 accessione *S*: accessio ‖ 6 Graece *S*: grate ‖ ΥΛΗ ‖ 1 quart'
13 quadrat' ‖ 16 medium *B*: dimidiū ‖ 17 que *S*: quia ‖ masculinus *S*: masculininus ‖ 20. 21 tercium ‖ 20 coaluit *W*: eualuit ‖ 25 lathesis

merus. Quadratum ar⟨i⟩thmetici uocant, qui ductus in se in maiorem cumulum surgit. Bis enim bini quartus ⟨primus quadratus⟩, ter terni nonus secundus quadratus est numerus; deinceps caeteri in sese ducti usque ad decimi metam quadratos efficiunt numeros. Nam ·XX· per se cum effici*a*nt quadringentos, ad secundi uersus pertinent rationem. Versus ar⟨i⟩thmetici dicunt ordines numerorum, ut ab uno ad decem, ab decem ad centum, a centum ad mille; et sic alios uersus progressione maioris crementi co⟨a⟩edificant: idemque ualet dec⟨im⟩us ad *ui*ges(imum), quod unus ad duo. Dupli enim substantia separantur, ac, si diuersa *f*it summa, ratio tamen eadem perseuerat; ac si⟨c⟩ in denaria summa crescendi finis et initium secundi uersus est. Sed [h]ís in quaternario numer*o* subtili disputatione colligitur. Nam duo · III · IIII · adiuncta monade in decadem procedunt. Ab hoc numero elementa, ab hoc tempora natura disposuit, quae per terna c⟨a⟩eli signa solis curriculis dimensa uariantur. Nam uer in tribus signis agitur, Ariete, Tauro, Geminis; ⟨a⟩estas in C[r]ancro, Leone, Virgine; autum*n*us Libra, Scorpio, Sagittario; hiemps in Capricorno, Aquario Piscibusque finiuntur: uidesque duobus primis ac plenis numeris mundani cursus tempora solis moderatione conuolui.

Quinque autem c⟨a⟩eli planetas sub zodiaco posuerunt, locis motibusque dissimiles. In quinque partes circulum secuere, ut sit primum medium punctum, quatuor absides; quarum altitudo, et altitudo altitudinis, humilitas, ⟨et humilitas⟩ humilitatis, in lunari globo ratis erroribus obseruantur: quod ‖ ea uidelicet, ut *im*a a c⟨a⟩elo, omne 26v hoc interuallum, quod a terra ad c⟨a⟩elum usque protenditur, obire diuersis uidetur amfractibus, ne in um-

1. 7 arithmetici *S*: arthmetici ‖ 2 ⟨primus quadratus⟩ *W* ‖ 5 mętā ‖ 6 efficiant *W*: efficiunt ‖ 10 decimus ad uicesimum *S*: decus ad inges. ‖ 12 fit *W*: sit ‖ 13 sic *S*: si ‖ 14 is *S*: hís ‖ numero *S*: numeri ‖ 20 Cancro *S*: crancro ‖ Autumnus *S*: Autūmus ‖ 24 posuerunt *S*: po fuerunt ‖ 26 secuere, *ultimum* e *ex* u? ‖ 28 ⟨et humilitas⟩ *W* ‖ 29 ea — 30 terra *in ras.* ‖ 29 ima *W*: una ‖ 31 umbram *S*: umbra

bra⟨m⟩ terr⟨a⟩e, quae dicitur ecl*i*psis, semper incurrat: quam, dum altior aquilo*n*e[m], humilior austro incurrat, uidetur euadere; nisi quod aliquando pro mundan⟨a⟩e sortis et corporum, quibus aer pr⟨a⟩eest, necessitate per-
5 petitur ueluti sui luminis mortem. Vides ergo, qu*i*d numerus iste, quem diximus, agat in c⟨a⟩elo. Constat hic ex pleno et non pleno, tribus uidelicet et duobus, nec diuiditur, sicut omnis impar, aequaliter. Sensus corporis nostri sub hoc numero ⟨contineri⟩ manifestum est. Hunc
10 Romani in populi diuisione secuti sunt, in quinque classes omnia ciuitatis menbra *diui*dentes.

Se*n*arius uero, qui sequitur, numerus potentem ac diuinam naturae suae obtinet potestatem: siquidem τέ-λ⟨ε⟩ιος primus, id est perfectus, e*sse* repperitur. Perfectum
15 arithm*e*tici uocant, qui se implet partibus suis. Partes calculatore*s* dicunt, quibus maior aliqua summa componitur; ut hic ex dimidia, ter*t*ia, sexta coniunctis senarium numerum complet. Nam ·III·II· et I· (quae por*t*io est sexta) senariam expedit quantitatem. Quod in aliis ex
20 primo uersu numeris non repperies. Nam ceteri pares numeri aut non se complent, aut etiam transeunt; hic solus est, qui suis partibus sine ullo discrimine supputatus absoluitur. Nam quaternarius habet dimid*i*am duo; ter*t*iam, propter monad*e*m insecabilem, non habet; quarta
25 acc*e*dens ter*t*ii numeri continet summam. Colligere ergo non potest quatuor; quod hic ter*t*ius ex [im]paribus, ⟨suis partibus⟩ constans, solus emeruit. Nam octo, qui ex paribus quartus est, cum habeat dimidiam quatuor, ter*t*ia careat, quartam duo accipiat, quintam uero, sextam septimamque non

1 eclypsis ‖ 2 aquilone *S* : aquilolē ‖ 5 quid *W* : quod | 9 ⟨contineri⟩ *S* ⟨numerari⟩ *Bth* ‖ 11 diuidentes *W* : claudentes ‖ 12 Senarius *S* : Sera|rius ‖ 13 τέλειος *S* : telios ‖ 14 esse *O* : etiā ‖ 15 arithmetici *S* : ari(ri *paene ut* n)thma|tici ‖ ·implet ‖ 16 calculatores *S* : calculatorē ‖ 17 tercia ‖ 18 porcio ‖ 23 dimidiam *S* : dimiduā ‖ 24 terciā ‖ monadem *S* : monadā ‖ 25 accedens *B* : accidens ‖ tercii ‖ 26 tercius ‖ paribus, suis partibus *W* : imparibus ‖ 28 tercia

habeat, accedente octaua, qu⟨a⟩e superest, se complere non poterit, ut in his numeris cernas licet: IIII·II·I· septem sunt, non octo, qui supra sunt: se itaque complere non poterunt. Decas, quintus par numerus, habet dimidiam ·V·, ter*t*iam non habet, quartam non habet, quin- 5 tam recipit, *II*°·; sexta, septima, octaua, nona parte priuatus est; accedente decima, id est ·I·, facit octo, non decem. Duodecim russus attende, quamuis alterius uersus uideatur habere reliqu[i]as, [a]ut extra sortem propositae ratio*n*is sit, quia, ut monas in primo uersu, sic in secundo 10 decas obtinet fundamentum: ergo si duodecim par*t*ium uelis supputatione conficere, transibit semet ipsum, nec eadem, quae supra dicta est, ratione quadrabit: siquidem sex dimidiam, IIII·or ter*t*iam, quartam ·III·es, sextam *II*° ⟨habet; accedet⟩ et ipsa duodecima: sedecim faciunt. Ita sibi co- 15 ⟨a⟩equari non ualent. In has enim solas partes duodecim separamus. Sed haec ‖ de aliis instructionis gratia dixeri- 27r mus, ne de septimo aut octauo numero disputantes obscuritatem aliquam, nulla praestructione posita, subiremus. Nunc dicendum est, quae sit horum plenitudo numerorum, quibus 20 per alterutrum ductis ⟨L et⟩ ·VI· conficiuntur anni. His enim A[f]fricani posterioris uita conclusa est.

Septimus igitur numerus plenus est his de causis: quia et in initio duo, et tres medio, et duo fine complexus est; tum, quod primus ex duobus diu*er*si ǵeneris plenus 25 est, ex tribus imparibus scilicet et quatuor paribus iunctus fit ipse plenissimus: cuius totae sunt partes, multumque in rerum natura dominatur. Nam s*i*dera, quae obluctantur caelo, sunt septem, si ad ·V· planetas solem lunamque iungamus, totidem circulis euolantia. Septem stellas 30

5 terciā ‖ 6 II. *S* : .ů. ‖ 8 Dudec(*in ras.*)ĩ russus ~~ad~~ at-(*in ras.*)tende ‖ 9 reliquas, ut *W* : reliquias. aut ‖ 10 rationis *S* : ratiotus ‖ 11 parciū ‖ 14 terciā ‖ 14—15 II°. habet; accedet *W*: .ů. ‖ 15 coe|quar(*in ras.*)i ‖ 17 instructionis *ex* -ib; ‖ 21 ⟨L et⟩ VI *W* VI ⟨et L⟩ *B* ‖ 24 ·&tres ‖ 25 diuersi *S* : diuisi ‖ 28 sydera ‖ 30 euolantia] se uoluentia *O*

cardo maximus aquilonius inocciduo fulgore conuertit. Septem species luna crescentis ac decrescentis luminis uarietate componit: quarum prima est, quae a Gr⟨a⟩ecis ἀνατολὴ dicitur, secunda ἀμφίκυρτος, tertia διχότομος, quarta πανσέληνος, quinta item διχότομος, sexta ἀμφίκυρ[τη]τος, septima συνοδικὴ uocatur, cum interlunio redit ad solem. Septem animi motus philosophi Stoici posuerunt: quatuor perturbationes, tres constantias; id est, metum, dolorem, cupiditatem, laetitiam; quibus insipientium animi uelut tempestatibus agitantur. Sapientium uero motus non πάθη, sed constantiae sunt; ut pro metu cautio sit, pro cupiditate uoluntas aut studium, pro l⟨a⟩etitia gaudium: quod distinctionis gratia separamus; quartus ex malis pr⟨a⟩esentibus sapienti nullus est motus: quia nec in malum incidere sapiens potest. Sunt ergo animi motus septem: at uero corporum totidem. Primus est circularis, una linea comprehensus. Reliqui sex, dexter sinister, sursum deorsum, ante post. Sed ille mundi comes totius, hi partiles habentur. Diximus supra, quinque sensus esse corporeos. Hi septem foraminibus emittuntur: *II* sunt uisionis, *II* auditus, *I* gustatus atque *I* est odoratus, septimus tactus, qui per totius corporis menbra diffusus est. Et quia cerebri purissimam partem animae principatum existimant obtinere, ministros eidem sensus septem ueluti fenestris emitti manifestum est, cum illos Mineruae tanquam in arce positae subiecerunt. Quid numerus septenarius Mineruae tribuitur, quae ex Iouis capite sine matris utero procreata memoratur? Videlicet, quod, ad senarium sapientem conuenientemque suis partibus numerum monas, qu*ae* est caput numerorum, cum accesserit, septe-

4 anatole ‖ ἀμφίκυρτος *S* : am|phicyrcos ‖ διχότομος *S* : dẏco thomos ‖ 5 πανσέληνος *B* : panselenon ‖ διχότομος *S* : dicothomos ‖ ἀμφίκυρτος *B* : amphẏcirtetos ‖ 6 συνοδικὴ *B* : synodice ‖ 11 πάθη *S* : pathę ‖ $\overset{\text{.metu}}{\overline{\text{ꝑ}}}$. ‖ 13 grã ‖ 15 malū] motum *S* ‖ 19 $\overset{\dagger\text{ti}}{\text{pariles}}$ ‖ 20—21 II . . . II *W* : Duo . . . duo ‖ 21 I . . . I *W* : un'. . . un' ‖ 29 que *S* : q ‖ 30 quae *S* : $\overset{\text{i}}{\text{q}}$

narium creat, qui ab arithmeticis Minerua dictus est, quod neque creatus est ex duobus sui similibus, neque procreare ipse alios potest intra limitem primi uersus. Nam si respicias a principio, dyas et parit*ur* ex singulis et ex se quaternarium creat. Trias non equidem parit*ur*, quia non similibus numeris coeuntibus aggregatur, sed generat sex. Quinarius ipse non paritur, sed decimum ex duobus sui similibus par*it*; in quo, ut dictum est, crescentium finis est numerorum: quorum ratio caeteris in uersibus sub maiore summa repetitur. Sex paritur quidem, sed ipse non parit: duodecim ‖ nanque secundi uersus in- 27v
cipit habere reliqu[i]as. Octauus uero ex duobus quaternariis exortus, in sedecim duplicatus exundat: paritur ergo, non parit. Enneadem tres triplicati pariunt; duodeuicesimus secundi uersus est numerus, qui a lege creandi diuersus est. Decas: natus quidem ex bis quinis cognoscitur, sed XX·, quos colligit duplicatus hic numerus, non possunt dictae rationis habere consortium. Septimus igitur solus nec creatu*r* ex binis unius generis numeris nec ipse alium geminatus effundit: unde merito Minerua sine matre, uirgo sine procreatione perhibetur.

Hyppocrates Chous, naturae scrutator egregius, hunc numerum in libris, quos *περὶ ἑβδομάδων* appellat, ait creandis inesse corporibus. Nam semen fusum e*t* fomite matris exceptum septimo die in sanguinem commutari, septimo ⟨hominem⟩ mense perfici ac plerumque nasci legitimam p⟨er⟩artus dinumerationem m*e*nsurum; infantiumque dentes a septimo mense prorumpere, septimo mutari anno; bis septimo incipere pubertatem; ter septeno florem barbae iuuenilis absolui; quatuor autem annorum ebdomadibus euolutis staturae crescentis terminum fieri nec ultra

4. 5 paritur *S* : parit̄ ‖ 8 parit *S* : parat ‖ 12 reliquas *W* : reliquias ‖ 13 exc̣ẹḍịṭ (undat) ‖ 19 creatur *W* : creat' ‖ 23 ΠΕΡΙ | ΕΒ̣Δ̣ΟΜΑΔΟΝ ‖ 24 et *S* : ex ‖ 25 conceptū (ł ex) ‖ 26 ⟨hominem⟩ *W* ‖ 27 per artus *W* : part' ‖ mensurum *W* : mansurū

proceritatem posse procedere; XXX uero et ·V· annis exemptis etiam ingenii progressionem fere desistere quidam putauere philosophi, quod uidelicet in quinque redigatur ebdomadas. Musici uero septem uocum discrimina duobus tetrachordis pro rata portione modulatis efficiunt, una chorda communi, quae utriusque concentum armoniae modificatione componat. Quod paulo post uberius exsequimur. Dialectici quoque conclusionis ypotheticae modos in septenarium numerum redegerunt; quibus amplius nihil acuta quiuit disciplina cognoscere.

De octauo autem numero non multa dicuntur; sed quae huic loco sufficiant, ita sunt. Octo, primus cybus (*κύβον* Gr⟨a⟩ec*i*, nos quadrantal dicimus), id est forma, quae tria corporum interualla contineat. Nam cum *σημ⟨ε⟩ῖον* line⟨ae⟩ semen et signum sine ullis partibus animo cogitabis, eadem cogitatione defluere uidebis in lineam. Quae quia duobus finibus terminetur linea longitudinis, sub dualis numeri natura limitatur. Haec in quaternarium duplicatione progreditur, et facit epiphaniam, id est superficiem, planipedem; quam Gr⟨a⟩eci epyped*on* nominarunt, quatuor lineis angulisque descriptam. Quae si aeque dupli ratione grandescat, octauo numero quadrantal illud absoluet, eritque, ut diximus, in duobus longitudo, in quatuor latitudo, in octo altitudo; qua nihil amplius in lineis corpora perfecta conquirunt, quae a nobis solida, a Gr⟨a⟩ecis *στερεὰ* nominantur. Nam color, qui ueluti nonus accedit, a plerisque non naturis corporum, sed lucis iactibus impressionibusque tribuitur. Vnde illud recte Virgilius (*Aen. VI 272*): et rebus abstulit nox atra colorem; quod utique ⟨dies⟩ dederat, sustulit. Sed ne de primo cyb*o* dicentes alium transeamus et sit mutilantis subtilitatis assertio; ut a numero pari, qui femineus ha-

2—3 Q¹đ amputauere || 6 c⊢orda || 7 p⁹aulo p' || 13 Kẏbon || Graeci *S* : grece || 14 *σημεῖον* lineae *S* : semion line || 15 sineiū (gn) || 19 epḥiphaniā || 20 *ἐπίπεδον* *S* : epẏpede (ā) || 24 quịa || 26 ſte͠rea || 27 acce(e *ex* i)dit || 30 ⟨dies⟩ *O* || 31 cubo *S* : cẏbi

betur, tribus illis limitibus duplicatis natus est cybus: ita tribus per sui naturam || ter triplicat*is* efficitur alius c*y*- 28r
bus generis imparis masculinus. Namque tres lineam faciunt longitudinis; nouem lineam latitudinis; uiginti uero et septem profunditatem illam soliditatis absoluent. Quod de hac descriptione sic intuere:

I			
Longitudo	II	III	Longitudo
Latitudo	IIII	VIIII	Latitudo
Altitudo	VIII	XXVII	Altitudo

⟨A⟩nimaduerte, quo*t* summas descriptionis clima*x* complectitur, nempe sep*t*em; et hoc ad pote*n*tiam numeri septenarii referimus. Nam et Plato (*Timae.* 14 *p.* 41 *D*) cum diuisionem primam ex cratere illo suo, quo animam temperabat, efficeret et dupli ac tripli distantias propinquioribus pro rata parte numeris inferciret, eadem posuit interualla prim*i*genia; in quibus dempto illo principe, qui communis omnibus lateribus inuenitur, remanent summ⟨a⟩e sex, numeri ut dictum est, potentis atque perfe*c*ti, per quem hos duos cybos sibimet mixtos si multiplices, in ducentos et decem cumulus iste transibit. Nam ·VIII· et XXVII· fiunt ·XXXV; hoc sexies ducito; facies, ut supra proposuimus, ducentos et decem: qui dierum numerus septem menses absoluit; hac ratione partus ille septimanus est plenus. Vide iterum cybos his numeris contineri. Octo binarii generis cybus est ·XX·VII· septenarium continent in reliquis. Nam summa maior, quae in uiginti est, binorum laterum instar; reliquae sunt eius in septem,

2 triplicatis *S* : triplicatus || cibus || 9 VIII*I* (VIII *prima,* VIIII *altera manus*) || 11 nĩ aduerte || quot *O* : quod || climax *W* : climata || 12 septem *S* : sepsē || potentiam *S* : potestiā || 17 primigenia *S* : prima genia || 19 perfecti *S* : pferti

quem plenum in loci huius exposit⟨i⟩one iam diu demonstrauimus. Ad hunc numerum cybicum, ut Varroni placet, lunaris cursus congruit reuolutio, quae in XX·VII diebus omne tanti s*i*deris lumen exhaurit. Adde quod octauus hic numerus dierum noctiumque crementa conuertit. Nam cum octauam Arietis partem sol ingreditur, lucis umbraeque mensuram paribus momentis ex⟨a⟩equat; indeque ad Cancri octauam partem lux aucta producitur; unde alia rursus ⟨a⟩equalitate regreditur ad Librae octauam partem, ut fiant solis contractiora curricula; nouissime pigras ac breues horas a Capricorni humiliore meta restringens in solstitium aliud, quod brumale dicitur, tendit: ac sic alterno discrimine dies a noctibus umbraeque a solibus superantur, octauae partis quadrifari*a*m limite disparato, ut aequinoctia duo, solstitia totidem numerentur. Caeli uero in hunc numerum orbes, seu deus artifex, seu prudens natura disposuit. Nam primus ac summus est ἀπλανής. Qui quia semper uno ac iugi continuat*us* agitur motu, nulli uidetur errori esse subiectus. Sub eo planetarum sunt ·V· circuli et solis ac lunae curricula. Nam terra, ut ait Tullius (17, 17), nona, immota semper sede manet; et ab illorum motibus segregata obstipo pondere defixa subsedit. Additur causis, quod in musica tonus octauae partis detractione consistit per numerum, qui epogdous nominatur. Iure igitur aetatem hominis hi numeri temperant: quorum in naturae totius non est causa
28v potentia, quam ‖ colligi duorum altrinsecus subductione perspicimus? Qui numerus A[f]fricani clausit aetatem, hic quoque plenissimus intelligitur, quia et ordinem naturalem per analogiae constituit rationem, et ex his partibus constat, in quibus est miranda perfectio, id est, XXVIII duplicatis in summam. Nam ·L· pro quinque debemus accipere, sicut pro monade decadem. Quinque autem in or-

1 ẹius ‖ expositione *S*: expositone ‖ demonstrauimus ‖ 4 sẏderis ‖ 14 quadrifariam *S*: quadrifariū ‖ 18 aplanes ‖ continuatus *S*: continu|atas ‖ 30 his] iis *B* ‖ 31 duplicans *S*

dine sequens senarius comitatur, quem superioribus adhaerere cognoscis. XXVIII perfectus est numerus in secundo uersu, sicut est in primo senarius, quod impletur partibus suis, nec absque hoc alius. Habet autem partes has: dimidiam ·XIIII·; tertiam non habet; quartam uero habet ·VII; quinta sextaque priuatus est; septimam recipit numeris ·IIII·; octauam, nonam, decimam, undecimam, duodecimam, tertiam decimam ne disquiras; quartam decimam uides in duobus existere: a qua usque in XXVIII·[am am] nulla subductae rationis portio reperitur. Omnes ergo partes eius in ordinem digere simulque subduc*ito*: in cumulum primitus positum remeabunt; namque XIIII·VII·IIII·II·I·: et XXVIII· congregatio iugata componet. Qui si perfectus est numerus, ut ratio comprobauit, duo perfecti magis fecere perfectum. Non potuit igitur A[f]fricanus uelut immaturae mortis queri dispendia, quia nihil minus est uitae, quam ratus numerorum ordo compleuit.

Adiungamus huic loco illud quoque de nouenario, quod Tullius (17, 17) ait: Nouem tibi orbibus conexa sint omnia: ut hoc demonstrato *to*tius primi uersus plena sit disputatio. Est igitur quadratus numerus nouenarius, quia ex tribus in se triplicatis exoritur, sicut haec figura composita est:

Quoquo uerteris, quadraturam uidebis, cuncta eius latera congruentia, totusque habetur ex totis: quia et initium habet in tribus et medium optinent tres idemque finiunt, partesque ipsius totae sunt: quod in aliis nequaquam numeris inuenitur. Tres enim, ut supra diximus, totus est numerus, sed non ex totis ipse compositus. At uero nouem et ipsi tribus partibus toti sunt, et ipsae partes totae de tribus. Ex quo mihi uidetur Maro doctissimus Romanorum dixisse illud

11 subducito *S* : subductio ‖ 12 XJ⊥IJ ‖ 13 coniugatio[gre] ‖ 20 totius *B* : tutius

(*Aen. VI 439*): Nouies Stix interfusa cohercet. Terra enim nona est, ad quam Stix illa protenditur: mystice ac Platonica dictum esse sapientia non ignores. Nam poetica libertate inserit fontanae animae a caelo usque in terras esse decursum. Nam sub pedibus summi patris, qui diss⟨a⟩ep*i*t (hinc dicitur *πηγαία*), Stix posita per omnes circulos fluit, imponens singulis uelut in curru aurigam, id est uitae substantiam, ex qua cuncta uiuentia originem sortiuntur, et eidem soluta redduntur: manatque illa[s] per cunctos uolentes commisceri, quod ex natura sunt hiulc*i*; interiectu sui uigoris separat, et, quod ipse mire Virgilius loquitur, coercet, ut sui generis momenta conseruent. Inter caelum et terram nouem interualla ipse consideres licet. Sic, quoniam primi uersus absolutio nouenario numero continetur, neque ipsa decimum circu-
29r lum natura requirebat: habes de numeris, quod sine ‖ libris in agello positus potui reminisci. Sequenti parte sermonis etiam symphoniam mundi, qua eum personare Phytagoras existimat, referemus.

EXPLICIT PARS PRIMA. INCIPIT SECVNDA.

Sequitur locus cum rei obscuritate, tum expositionis a Tullio positae breuitate difficilis, qui sub personis hisdem, quas supra memorauimus, sonitum mundi octo uidelicet orbium impulsione concinere Phytagorei dogmatis assertione perdocuit. Nam terra, ut ait idem, nona, immota semper sede consistens, nullo canore concutitur, et uelut fundamenti uice circum se actis octo cursibus defixa libratur: atque ut in cithara testudo, sic ipsa[m] mundanae armoniae uelut machinam praebet. Sed quaedam primitus ex musica disciplina tradenda sunt, quo facilior intellectus existat. Sicut in arte grammatica articulatae uocis maximae ac principales partes edocentur, nomina et uerba; harum

